Ex lib. [illegible] Regii [illegible] Chronica

ILLVSTRISSIMIS AC CELSISSIMIS PRINCIPIBVS AD DDDD.

DN. FRIDERICO GVLIELMO,
Septemuiratus Saxonici Pro electori potentiſsimo.
DN. CHRISTIANO,
DN. IOANNI GEORGIO,
DN. AVGVSTO,

Ducibus Saxonię, Landgrauijs Thuringię, Marchionib. Miſnię, &c.
Dominis meis clementiſsimis S. D.

ILLVSTRISSIMI & *Celſiſſimi Principes ac Domini, Domini clementiſſimi: Cùm abſolutiſſimum hoc opus I. C. nobiliſſimi denuò ſub Illuſtriß. veſtræ Celſitud. auſpicijs aliquanto correctiùs & nitidiùs in lucem emiſſurus eſſem, obſtrepere mihi videbantur querulæ nonnullorum voces, qui præpoſterè hanc à me ſumi operam, & perperam poſt Homerum Iliada ſcribi exiſtimant. Si enim Commentarius iſte Inſtitutionum, quod ipſa præ ſe fert Auctoris inſcriptio, Apoteleſma, hoc eſt perfectum opus, atque abſolutum, certè nullum vel emendationis, vel acceſſionis cuiuſquam* παραπλήρωμα *deſiderat: Sin verò correctionis & auctionis indiget,* ἀποτελέσματος *nomen ambitioſum nec mereri, nec tueri*

tantum immortalis gloriæ vobis accedet, quantum honeſtæ leges dignitatis obtinent & maieſtatis. Ego quoque cum pro hoc benefio, tum pro alijs, quæ in me largiſſime contuliſtis, quoad vixero, gratias Celſitud. veſtris habebo maiores, ſiquidem pares me referre poſſe neutiquam confido. DEVS Opt. Max. per quem reges regnant, & Iudices iuſta conſtituunt, veſtras Celſitud. in his Imperiorum conuerſionibus & funeſtis bellorum motibus, ſub vmbra ſuarum alarum clementer protegat, & ad omnem vſque poſteritatem Eccleſiæ & Reipub. ſaluas & incolumes ſeruet. Datum in florentiſſima Academia Salana Ienenſi, ipſo die THEOPHANIORVM, *ſiue Apparitionis Chriſti in Gentibus, Anno* θεογονίας M. D. XCV. *quem veſtris Celſitud. & Eccleſiæ totique Reipublicæ Chriſtianæ felicem, pacatum, tranquillum & ſalutarem precor & exopto.*

Illuſtriſs. Celſitud. veſtræ obſeruatiſſimus
& obſequentiſſimus.

ARNOLDVS DE REYGER D
& P. P. Profeſſor ibidem

ILLVSTRIS-

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO,

Duci Saxoniæ, ſacri Romani Imperij Archimarſchalco, & Electori: Landtgrauio Thuringiæ: Marchioni Miſniæ: Burggrauio Magdeburgenſi &c. Domino ſuo clementiſſimo S. D.

QVAMVIS verendum mihi ſit, Illuſtriſſime potentiſſiméque Princeps, Domine clementiſsime, ne grauiora T. Ill. Celſ. incumbant negotia, quàm vt alijs rebus vacare pauliſper, & inſtituti conſilijque mei rationes exquirere, aut ſaltem propoſitas cognoſcere ea poſsit: tamen & rei ipſius euidentię, & Electoris Chriſtiani diuino erga hoc ſtudiorum genus amori tantum tribuo, vt hoc APOTELESMA, non permiſſu ſolummodo eorum, ad quos hæreditario iure illud pertinebat, ſed Autoris quoque felicis memoriæ, viri non tantùm nobiliſſimi, ſed vndiquaque etiam doctiſſimi, iuſſu in lucem per me emittendum T. I. C. commendare, vtilitatéſque innumeras ac præſtantiam earum rerum, quas complectitur, ſummatim recenſere non erubeſcam, certò perſuaſus, fore, vt cùm Elector Chriſtianus Iuris iuſtitiæque in Chriſtianorum Rep columna, & indefeſſum Autoris, piæ memorię, in hoc opere perpoliendo ſtudium, ſtudiique eiuſmodi fructus neceſſarios, & offerentis animum erga ſe reuerentiámque intellexerit, hilari fronte oblatum munus, quantumuis exiguum, ſit acceptutus.

Vt olim Socrates iis iratus rectè reſtitit, qui ab honeſtate vtilitatem ſeiunxiſſent: ita iuris noſtri ciuilis Dd. ab ampliſsimi Iuriſprudentiæ ſtudij dignitate excellentiáque propè diuina iuuentutis ſtudioſæ & tyronum ſalutem minimè excludendam eſſe, ſed maximam potius curam adhibendam, vt quæuis ad iuris cognitionem acquirendam neceſſaria his, qui ſacro ſe huic ſtudio dare decreuere, ſub-

Poſtremò vt ad te rurſus, Illuſtriſſime & inclyte Princeps Elector, Domine clementiſſime, deueniam, cùm hoc præſens ſcholiorum opus ſit auguſtiſſimum ac præſtantiſſimum, prioréſque editiones licet hac poſtrema incultiores atque incorrectiores perſonæ non vulgari, ſed Chriſtianiſſimo ac potentiſſimo Cæſari FERDINANDO I. fuerint ab ipſomet autore conſecratæ & inſcriptæ: præter hæc, cùm etiam tam Autor ipſe adhuc viuus, quàm eius relicti viui hæredes filij id à me rogârunt: vt hoc opus iam nouum & recens renatum potentiſſimo patrono eo digno nuncuparem: cùm præclara & excellentia præclaris excellentibúſque digna ſint. Piè itaque ac iuſtè me facturum arbitratus ſum, ſi tùm Autoris tùm etiam hæredum votis obſequerer. Deliberanti autem mihi diu cui hoc potiſ. dignè dedicarem, T. I. imprimis Celſ. occurrit: Nam patrono grauiſſimo, atque defenſore potentiſſimo, qualis T. eſt Celſ. aduerſus Zoilos, momos, inimicos falſóſque fratres huic recenti renato operi hoc tempore peropus eſſe duxi.

En igitur Illuſtriſſime, potentiſſiméque Princeps Elector, hoc Apoteleſma, id eſt, corpus perfectum ſcholiorum in quatuor libros Inſtit. ab Ipſomet Autore ſumma diligentia & accuratè recognitum & auctum, meáque curâ & operâ editum, T. I. C. qua poſſum maxima cum obſeruantia ac veneratione offero, in clientelámque trado: omnino ſperans, vel confidens potius futurum, vt qua lenitate ac manſuetudine tenuiorum ſupplices libellos quotidie admittere ſuſtinet, hanc quoque meam operam non modò non ſit exploſura, ſed etiam porrecta & hilari fronte clementer ſuſceptura. Id ſi impetrauero, ſempiterno cum primis ab I. C. T. deuinctus beneficio vberrimum huius mei in hoc opere impenſi laboris fructum me conſecutum exiſtimabo.

His itaque me ſtudiáque mea T. I. C. ſupplex commendo, & ſumma animi ſubmiſſione humilliméque oro & obteſtor, vt T. I. C. me propter bella exulantem, & ſtudia mea clementer fouere, promouere & iuuare non dedignetur. Omnium autor laudandarum rerum & conſeruator Deus Opt. Max. T. I. C. cum illuſtriſſima & Electorali piiſſima coniuge, proléque mellitiſſima, Neſtoreos annos florentem, ſoſpitem ac incolumem, ad nominis ſui gloriam, Eccleſiæ & Reipub. piam tranquillitatem clementer tueatur, propaget & conſeruet, vtque ſub eadem C. T. tam iuris noſtri, quàm pietatis & pacis ſtudia ſemper floreant. Helmæſtadij in Illuſtri Academia IVLIA, XVI. kalend. Auguſti, Anno nouiſſ. temporis. M. D. LXXXIIIX.

T. I. C.

Obſequentiſſimus & addictiſſimus

Arnoldus de Reyger, Belga.

IOACHI-

TITVLORVM INSTITVTIONVM IMPERIALIVM ALPHABETICVS Index.

A

*A*cquiſitione per arrogationem 490
Actionibus 659
Ademptione legatorum 382
Adoptionibus 59
Aſsignatione libertorum 476
Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur 101
Autoritate tutorum 107
Ad S.C. Trebellianum 247

B

Bonorum poſſeſſionibus 478

C

Capitis diminutione 96
Codicillis 413
Curatoribus 113

D

Diuiſione ſtipulationum 526
Donationibus 215
Duobus reis ſtipulandi & promittendis 777

E

Emptione & venditione 262
Eo cui libertatis cauſa bona addicuntur 493
Exceptionibus 853
Excuſationibus tutorum vel curatorum 121
Exhaeredatione liberorum 264

F

Fideicommiſſarijs haereditatibus 392
Fideiuſſoribus 549
Fiduciaria tutela 100

G

Gradibus cognationum 460

H

Haeredibus inſtituendis 277
Haereditatibus quae ab inteſtato deferuntur 419
Haeredum qualitate & differentia 325
His per quos agere poſſumus 838
His qui ſui vel alieni iuris ſunt 46

I

Ingenuis 34
Iniurijs 644
Inofficioſo teſtamento 318
Interdictis 868
Inutilibus ſtipulationibus 529
Iure naturali, gentium & ciuili 15
Iure perſonarum 30
Iuſtitia & iure 11

L

Legatis 236
Lege Aquilia 634
Lege Falcidia 384
Lege Fuſia Caninia tollenda 45
Legitima agnatorum ſucceſſione 438
Legitima agnatorum tutela 93
Legitima parentum tutela 99
Legitima patronorum tutela 98
Libertinis 35
Literarum obligationibus 558
Locatione & conductione 571

M

Mandato 588
Militari teſtamento 250

N

Noxalibus actionibus 829
Nuptijs 49

O

Obligationibus 500

ſſſſ

IOACHIMI MYNSINGERI A FRVNDECK, IVRISCONSVLTI, SCHOLIA IN LIB. I. INSTITVTIONVM Fl. Iuſtiniani Cæſaris.

IN PROOEMIUM.

1 Exordia quibuſlibet diſciplinis præmittenda eſſe.
2 Inciuile eſſe, iuris ciuilis expoſitionem ſine præfatione tractare.
3 Quo conſilio Iuſtinianus Imperat. Inſtitutiones fieri iuſſerit.
4 Vtilitas Inſtitutionum.
5 Inſtitutiones quomodo adoleſcentibus cum fructu interpretanda.

1 PLATO † Princeps ingenij & doctrinæ, vt eum
a M. Cicero appellat, quibuſlibet libris ſiue di- a lib. 4 de Legib.
ſciplinis exordia, & quaſi quædam præludia,
quæ artificioſam & vtilem ad rem diſcendam
tractationem haberent, præponenda eſſe cen-
2 ſuit. † Et ex b Caij Iuriſconſulti ſententia, inci- b In l. 1. ff. de orig. iur.
uile atque indecorum eſſet, illotis (quod dici-
tur) manibus legitimam, & non ſimulatam ag-
gredi Philoſophiam: omiſſoque procemio ſta-
tim excellentiſſimam illam iuris expoſitionem
3 tractare. † Quare eodem conſilio & Iuſtinia-
nus Imp. ductus, hiſce Inſtitutionum libris hanc
epiſtolam præfationis loco præpoſuit: ſic fore
ratus, vt cupida legum iuuentus, maiore aui-
ditate, hanc primam ſtudij ciuilis quaſi infantiam, & prima elementa amplecte-
retur, & ad Inſtitutiones diligenter perdiſcendas, inuitaretur ardentius. Enarrat
autem in ea Iuſtinianus, quo conſilio Inſtitutiones haſce fieri curarit, quique ſit
harum fructus, atque commoditas. Nam cùm videret, Ius ciuile immenſo (vt
inquit Liuius) aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo inuolutum eſſe, im-
menſa legum volumina extare, atque adeò leges ipſas hinc inde diffuſiſſimè tra-
ctari: iuuentuti prodeſſe volens, ex prudentiſſimorum hominum conſilio & ſug-
geſtione hunc libellum concinnauit: partim vt iuuenibus ad Iuriſprudentiæ ſtu-
dium anhelantibus, principia, & ipſarum legum cunabula certo iuſtoque ordi-
ne, ac compendiaria via traderet: partim vt breui indice materias immenſis volu-
minibus comprehenſas illis oſtenderet, & tanquam digitum ad fontem porrige-
4 ret. † Et meretur ſanè hic Inſtitutionum liber, vt cætera prætermittam, non mini-
mam adeo laudem, quòd certum præceptorum ordinem, iuſtámque ac dialecticã
5 quandam docendi methodum complectitur. † Nos igitur Iuſtiniani propoſitum
ſequentes, in eius enarratione, omiſſis longioribus ambagibus, ac quæſtionum
mæandris (quæ ab interpretibus moueri paſſim in ipſo ſolent, nec tyronem aut
Iuris rudem, ſed perfectum atque propemodum conſummatum auditorem deſi-
derant) poſtpoſitis, intra Inſtitutionum ſepta conſiſtentes, textum quàm ſimpliciſ-

debatur autem Romani annonam intellexiſſe reſpectu commeatus, vel victualiũ,
quæ in annum integrum poſſit Reip. ſufficere. † *Sitocomia* quoque (quaſi frumenta- 9
riam curam dixeris, *ἀπὸ τοῦ σίτου καὶ κομεῖν*, id eſt à frumenti curatione) munus publi-
cum eſt, annonam *k* reſpiciens. † Pœna autem defraudatæ annonæ eſt 20. *l* aureo- 10
rum cum infamia: quandoque etiam extra ordinem imponitur, pro qualitate deli-
cti. Nam & relegati rei in inſulam, & in metallum damnati *m* leguntur. Ex quibus
adparet, quantam Reipublicæ curam veteres ſuſtinuerint, vt pauperibus iuxtà ac
diuitibus tolerabilior per ciuitates vita eſſet. † Sed nec contenti fuerunt annona- 11
rias leges quib. inopum ratio habita eſt, tuliſſe: verùm leges etiam ſumptuarias, ad-
uerſus profuſos quoſdam helluones ſtatuerunt, ne ſe & diuites immodicis gulæ
ſumptibus ad egeſtatem quandoq; prolaberentur: cuiuſmodi leges fuerũt Fannia,
Licinia, Cornelia, & Antia, quas Gellius *n* & Macrobius *o* ſatis abundè deſcribunt.

d *Et lex Iulia de reſiduis* } *Qua lege*, inquit Paulus *p*, *tenetur, qui publicam pecuniam de-* 12
legatam in vſum aliquem retinuit, neque in eum conſumpſit. In ea fraude & Sylla olim de-
prehenſus fuit, apud Aſconium in Cic. Orat. pro Cornelio. Addit *q* Martianus, ea-
dem lege teneri eum, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex
pecunia, quam accepit, aliáve quæ cauſa pecunia publica reſedit. † Huius pœna eſt, 13
vt ea damnatus, amplius tertia parte, quam ex reſiduis debet, puniatur *r*: ita vt vltra
ſummum reſidui tertiam totius ſoluere cogatur: atque ita ego Martiani verba in-
telligo, quæ aliàs variè *ſ* exponuntur. Et hæc quidem hactenus de duodecim publi-
cis iudicijs, de quibus hoc titulo diſſeruit Iuſtinianus. Sunt & alia de quibus dubi-
tatur, publicáne ſint an priuata: de quibus Accurſ. & alij commentatores ſuis locis
vbertim diſputant. Nobis cum Iuſtiniano ſufficiat, eas leges hic commemoraſſe,
ſummo digito, id eſt, leuiter attigiſſe, quę publicum in omni ſuo argumento iudicium
ferè conſtituebant. Exactior enim harum quæſtionum, & ſi quę ſimiles ſunt, tracta-
tus ex Pandectis & Codice repetendus eſt.

e *Summo digito* } † Prouerbialis locutio eſt, *ſummo digito attingere*: pro leuiter, & 14
quaſi negligenter: ab ijs nata, qui onus tollentem extremis digitis, quaſi picis cauſa,
& perfunctoriè adiuuant. Hoc prouerbio Cicero quoque pro Cælio vſus eſt. *Equi-*
dem multos (inquiens) *& vidi in hac ciuitate, & audiui non modò qui primoribus labris ge-*
nus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur digitis attigiſſent, &c.

f *Quaſi per indicem* } † Per indicem ſignificare videtur non digitum indicem, ſed 15
quos Græci *συλλάβους* appellabant: vulgus tabulam librorum: qua in re nomen hoc
à Cicerone quoque vſurpatum eſt, vt ſit ſenſus: Quaſi indices & ſumma duntaxat
rerum, quæ in iure ciuili reconditæ ſunt, capita leuiter aſpexerint, quaſique littora
legerint.

† *Hæc ſunt, quæ mihi in hoſce quatuor Inſtitutionum Iuris ciuilis libros colligenda videbantur.* 16
Cæterùm de opere & labore meo, in horum enarrationem largâ manu impenſo. ſpero legum ty-
rones boni conſulturos eſſe: mihi certè non modicæ mercedis loco putabitur, ſi eos inde profectum
aliquem feciſſe intellexero. Equidem ea potiſſimum ratione hæc noſtra Scholia in lucem prodire
paſſus ſum, vt ſi quid boni contineant, ijs candidati Iuris vtantur, fruantur liberè: ſin minus,
tutori vixdum virilem ætatem ingreſſo veniam præſtent, melioráque aliquando edant. Eſt e-
nim cuiuſque ſcientis & ingenui hominis, minus probè ſcripta dictáve ab alijs in
melius candidè corrigere, & quod deeſſe cognouerit, citra inuidiam adiungere.
Etenim hoc nos vltrò & ingenuè pollicemur, quòd cuiuſque doctioris & melius ſentientis ar-
bitrio ſtare velimus, aut cadere, quicquid in hanc rem auditorum noſtrorum gratia aliquan-
do corraſimus.

INSTITVTIONVM IIII. LIBRI FINIS.

k l. numerum 18. de mune-rib. & hono. vide Alci. in Annot. poſt. Cod.
l l. 2. h. t.
m l. annonã. 6. de extraord. crim.
n lib. 2. noct. Att. c. 24.
o Saturna. lib. 4. c. 9.
p l. 2. ad l. Iul. pecul.
q l. leg. Iulia.
r §. leg. eo. tit. & qui.
ſ In l. 1. de pu. iudi.

RERVM ET VERBORVM INDEX.

A

Abdicatio quid ſit 264
abſens ante cõpletam vſucapionẽ reuerſus quomodo reſtitutionem petere debeat 689
abſens cauſa reip. ſi reuertatur, tutelã recuperat 123
abſens contra abſentem aliquando reſtituitur 689
abſens contra præſentem quando reſtituendus eſt, non ſufficit quæque abſentiæ cauſa 688
abſens contra præſentem quomodo reſtituatur ibi.
abſens quòd neminem domi reliquerit, quo caſu ſit neceſſe 686
abſens reip. cauſa accuſatur 123
abſentes qui dicantur 204
abſentes qui ſint 686
inter abſentes poteſt etiam conſtitui 704
abſentiarum quinque genera 687
abſolutoria vna ex cauſa ſententia, ex alia agenti non obeſt 867
circa verbum abſoluere duplex intellectus 852
acceptilatio differt à ſtipulatione, nudo pacto, ſolutione 609
acceptilatio duplex ibid.
acceptilatio patris an & quãdo vtiliter fiat 609
acceptilatio per Aquilianam ſtipulationem vt fiat 610
acceptilatio poteſt etiam Græcè fieri ibid.
acceptilatio vnde dicta 609
acceptilatione ipſo iure tollitur obligatio, eiuſdémque deſcriptio ibi.
acceptilatione tollitur ſolũ verborum obligatio, non etiam operæ 609
acceſſio fit & bona & mala fide: & quid vtrobique ſit iuris 164
acceſſio quid ſit ibid.
acceſſione acquirimus dominium ibid.
in acceſſione quandoq; plus poteſt eſſe quàm in principali ibid.
acceſſorium conſiſtit ſeu vitiatur, conſiſtente ſeu vitiato principali 360
acceſſio ad mare & piſcatio in mari, omnibus licita 144
accipere verbum 783
accreſcendi ius quibus locum habeat 455
accreſcendi ius quale fuerit 265
Accurſius Iuſtinianum cur Flauium dici exiſtimet 2
quid ſit quòd Accurſius ait textum intelligi cauſatiuè: non conſecutiuè 751
Accurſij à Dyni calumnia defenſio 676
Accurſij circa album error 714
Accurſij error 261.406.811
Accurſij exemplum de aureo monte 289
Accurſij expoſitio ad hunc §. 274
ad §. datio tutoris, &c. 103
Accurſij intellectus ad hunc §. reprobatus 255
Accurſij lapſus 435
Accurſij ridicula conſideratio 180
accuſare accuſatio 901
accuſare quis poſsit ibid.
accuſatio criminalis pro finib. 749
accuſatio publici criminis contra ipſum ſeruum inſtituenda eſt 830
accuſatio ſuſpecti ex lege 12. tab. deſcendit 100. coram quibus iudicib. hæc accuſatio inſtitui poſsit ibid. quæ ad eandem conſtituendam requirantur ibid.
accuſatio ſuſpecti in hæredes tutoris non tranſit. 138
accuſator debet ſe inſcribere ad pœnam talionis 902
acquiſitio principalis eſt, quæ per nos ipſos fit 219
ad acquiſitionem ſufficit, ſi acquirens contractus tempore in noſtra ſit poteſtate ibid.
de acquiſiti. per arrogationem 466. huius tituli continuatio ibid.
actio 901
actio æſtimatoria ad quid datur 592. cui concedatur 775. ibid.
actio an ſit iuris ciuilis vel gentium 660
actio ad exhibendum 667
aduerſus quos detur 792
actio ad exhibendum arbitraria 791
actio ad exhibendum cui detur 791
actio ad exhibendum cuiuis datur, cuius peculiariter intereſt rem exhiberi, ſi modo alia ipſi actio non competat ibid.
actio ad exhibendum definitur 791
actio ad exhibendum eſt arbitraria 897
actio ad exhibendum eſt perſonalis 791
actio ad exhibendum non datur, ſi res facta ſit deterior 897
actio ad exhibendum præparatoria ibid.
actio ad exhibendum quare dicatur in rem ſcripta 791
actio ad exhibendum quare introducta ibid.
actio ad ſupplementum 312
quandiu duret ibid.
actio chirographaria 518
actio ciuilis & criminalis